

# EPISTULA LEONINA

## CXX

HEBDOMADALE  
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETTIALI  
 CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **G R A T I S** ET **S I N E ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. **SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.**

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXIX** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**CENTESIMAM VICESIMAM (120) !**

## ARGUMENTA

<b>BEETHOVEN QUID SCRIPSERIT DE SURDITATE SUA (I)....04-11</b>
<b>IN COLUMBIA PACEM ESSE INCERTAM (<i>Kangiser</i>).....12-13</b>
<b>VOCABULA RERUM ACCESSORIARUM (Pars tertia).....14-22</b>
<b>ECHUS VOCES (LL, <i>Rossi</i>; <i>Cristini</i>).....23-24</b>

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS  
SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.**

***Cara Lectrix, Care Lector,***

*maximē gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam centesimam vicesimam.*

**Ludovicus van Beethoven** quantos dolores, quantos angores passus sit surditate suā, apparet ex epistulis, quas scripsit amico suo Francisco Gerhardo Wegeler. Primam earum si lēgeris, te vehementer miserebit musici ingeniosissimi.

**Paulus Kangiser** scitē te docebit de condicione Columbiae incertâ. Magno cum labore tibi partim collegi, partim confinxi vocabula, quae spectant ad res accessoria. Itaque valdē laetor de verbis **Marci Cristini** Latinitatis vivae propugnatoris navitate felicissimā praediti, quae nuper mihi scripsit: »Epistulas tuas Leoninas semper laeto animo lego, vocabula rariora modernave a te excogitata scitu sunt dignissima omnibus Latinitatis recentioris cultoribus«.

*Ergo tolle et lege et laetare et ...*

**pancraticē vale et perge mihi favere!  
Medullitus Te salutat**

**Nicolaus Groß**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,  
Die Iovis, 03. m. Nov., a.2016**



## AUDENTES FORTUNA IUVAT

**VERGILIUS**  
**Aeneis 10,284**

Haec verba a Turno Rutulorum duce facta inveniuntur in Aeneide Vergilianâ: **VERG. Aen. 10, 276-284** Haud tamen audaci Turno fiducia cessit/ litora praecipere et uenientis pellere terra./ [ultra animos tollit dictis atque increpat ultro:] / 'quod votis optastis adest, perfringere dextra. / in manibus Mars ipse uiris. nunc coniugis esto/ quisque suae tectique memor, nunc magna referto/ facta, patrum laudes. ultro occurramus ad undam/ dum trepidi egressisque labant vestigia prima./ **audentis Fortuna iuvat.**' (ed. R.A.B. Mynors, Oxonii 1972, p.342).

# LUDOVICUS VAN BEETHOVEN QUID SCRIPSERIT DE SURDITATE SUA

Pars prima



**LUDOVICUS VAN BEETHOVEN (1770–1827).**  
A.1820 pinxit Joseph Karl Stieler.

**Ludovici van Beethoven Epistula ad *Franciscum Gerhardum Wegeler Vindobonae*, d.16. m.Nov. a.1801 scripta.**

Domus Beethoveniana Bonnensis, Collectio Wegeler, W 18

## SUMMARIUM

Iam ex diebus iuventutis Beethovenus artâ amicitiâ coniunctus erat cum *Francisco Gerhardo Wegeler*. Qui fuit medicus. Eidem, cum sit amicus et medicus, Beethovenus maturê iam refert id quod hominibus sibi circumdatis hôc tempore adhuc timidê reticet: se laborare defectu aurium augescente. Haec epistula Beethoveni est una ex notissimis necnon ex iis, quibus animus legentis plurimum commoveatur. Beethovenus primo refert de statu valetudinis sua de que curationibus, quas subire solet. Anni iam 1801 idem vir laborat symptomatibus, quae se comitantur per totam vitam: surditate et torminibus. Medico, a quo curatur, id est *Doctore Vering*, Beethovenus parum contentus deliberat, num adeat *Doctorem Schmidt*. Cum audiverit Schmidtum bono cum successu adhibere methodos curandi modernos, rogat Wegelerum, ut dicat sibi sententiam suam.

Beethovenus amico etiam refert de puerâ quadam „amabili atque venustâ”, a quâ ametur et quam amet". Cogitat etiam illam in matrimonium ducere, sed dolet, quod obstet differentiâ ordinum socialium. Verisimile est agi de *Iuliâ Guicciardi*, cui Beethovenus dedicavit sonatam clavilis op. 27,2 (quae appellatur sonata splendoris lunaris). Ars autem Beethoveno a.1801 prosperrimè procedit; Wegelero dicit se optare, ut plura faciat itinera. At se dolere, quod huic optato obstet defectus suus audiendi. Adversus valetudinem suam iniucundam Beethovenus rebus futuris confidens nequaquam vult videri miser et misanthropus: "*Manum inseram fati faucibus; me ipsum non prorsus esse demissurum pro certo habeo – tam pulchrum est milies vitam vivere – ad vitam tranquillê agendam – immo sentio me ad talem non iam aptum esse*".

Inter Beethoveni amicos iuventutis Bonnenses sunt etiam liberi *gentis Breuningiana*e. (Wegelerus quoque Breuningianis bene notus a.1802 Eleonoram de Breuning in matrimonium duxit.) Circa a.1800 *Stephanus de Breuning* Vindobonae visit Ordinem Teutonicum. Beethovenus sollicitê de illius valetudine locutus Wegelerum rogat, ut illum adiuvet. "*Stephanum*" nimium laborare, vivere desolatum, necnon vitare ipsas congregaciones musicales extraordinarias.

Denique Beethovenus annuntiat musicalia ("de modis meis musicis") aenipicturamque imaginis suae novissimam, quam Wegelero mittere velit, si quidem is paratus sit solvere expensas cursuales. *Eleonoram, Mariam Helenam, Christophorum de Breuning* salvere iubet. (J.R.)



»Vindobonae, d. 29. m.Iun.<sup>1</sup>

Mi bone, care Wegeler !

Quantas gratias tibi ago, quod me recordatus es; hoc nequaquam meritus sum neque de te studui merere, tamen tu tam vehementer bonus es, ut nullâ re, ne negligentiâ quidem meâ haud ignoscibili, retineris, quominus semper maneas amicus fidelis, bonus, frugi. - Me tui et vestri omnium, qui olim mihi fueritis tam cari atque amabiles, posse oblivisci, istud, immo, nolite credere; sunt momenta temporis, quibus ipse desiderem vos, immo exoptem, ut apud vos aliquamdiu commorer. - Patria mea, regio amoena, ubi in lucem editus et susceptus sum, semper tam clara atque pulchra mihi ante oculos versatur quam illo tempore, quo vos relîqui; ne multa, illud tempus habebo pro uno ex meae vitae felicissimis, quo vos revidebo Rhenumque patrem nostrum salutabo. Quando hoc futurum sit, tibi adhuc indicare nescio. - Id autem vobis dico vos me revisuros esse sat magnum; non sôlum ut artificem me invenietis maiorem, sed etiam ut hominem meliorem, perfectiorem, et si illo tempore res in patriâ nostrâ erunt secundiores, artem meam praebebo commodo pauperum. O felix momentum temporis, quam beatum me habeo, quod te adducere, te ipsum mente fingere possum! - De statu meo aliquid scire vis; hic autem nescio an non ita malus sit. Ex anno proximo praeterito Lichnowsky, qui, licet hoc tibi sit incredibile, si tibi dixero, semper erat amicus mei studiosissimus, et mansit, (nonne inter nos ipsos quoque fuerant quaedam controversiolae - nonne iis ipsis amicitia nostra est confirmata?) et mihi dedit summam certam 600

<sup>1</sup><http://www.zeno.org/Musik/M/Thayer,+Alexander+Wheelock/Ludwig+van+Beethovens+Leben/2.+Band/7.+Kapitel.+Briefe+von+1801>

(sescentorum) florenorum, qua, dum nullum munus accipiam, ûti  
pergere potero; ex melodiis compositis multum mihi redit, necnon  
licet dicere mihi ferê plures mandari componendas quam perficere  
possim. Habeo etiam ad omnem rem componendam editores senos  
septenosve aut plures, si quidem curo: non iam agitur mecum, sed ego  
postulo et pecunia solvitur. Vides hanc rem bellê succedere, e.g. si  
video aliquem amicum esse in angustiis, sed marsupium meum modo  
esse minus plenam quam ut statim illum adiuven, satis iam est me  
considere, ut brevi tempore ille adiuvetur. - Ceterum sum magis  
oeconomicus quam prius: si semper hîc manebo, certê id etiam  
assequar, ut mihi quotannis concedatur dies ad concentum musicum in  
academiâ habendus, quales habui nonnullos. At malae meae valetudinis  
daemon invidiosus effecit, ut iacerem caniculam<sup>2</sup>: nam auditus meus  
ex tribus annis etiam etiamque hebescit et istud vitium corporis  
dicitur imprimis effectum esse alvo meâ, quae illo iam tempore, ut  
scis, fuit misera, hîc autem tam mala facta est, ut continuo laborarem  
profluvio ideoque corporis imbecillitate. Frankius<sup>3</sup> corpori meo  
medicaminibus corroborantibus, meo auditui tonum reddere voluit  
oleo amygdalorum, at *prosit!* utrumque successit nequaquam, auditus  
meus in dies factus est peior, alvus mea semper mansit talis qualis  
fuerat; sic res fieri pergebat usque ad autumnum anni proximi  
praeteriti, quo interdum desperavi. Tum quidam asinus medicinalis  
mihi suasit, ut balnea sumerem frigida, qua essem valetudine, alter  
quidam peritior, ut sumerem communis aquae Danubii balnea tepida;  
haec mira effecerunt; alvus mea facta est melior, auditus mansit  
qualis fuerat aut etiam peior factus est. Hac hieme verê me habui  
miserrimê. Qua laboravi colicis doloribus verê terribilibus totusque  
relapsus sum in statum meum priorem, et ïdem talis remansit usque  
ad diem, qui fuit quattuor ferê septimanis ante, quo Veringium<sup>4</sup> adii  
cogitans isto in statu valetudinis me egêre chirurgo, praesertim cum

<sup>2</sup> orig. *Nur hat der neidische Dämon, meine schlimme Gesundheit mir einen schlechten Stein in's Brett geworfen.* Haec metaphora spectat ad ludendi eventum infelicem. Similiter Romani dicebant *canem* sive *caniculam iacere*, i.e. ludere infeliciter.

<sup>3</sup> Peter Frank, primo director studiorum medicinalium Papiensis, deinde valetudinarii generalis Vindobonensis; qui primus scripsit de publicâ vigilantiâ sanitariâ (*Medizinal-Polizei*) eqs. Verisimile est Beethovenum hac in sententiâ verbum toni induxisse, quia non intellexit, quomodo congrueret cum sensu pulchro sibi noto – an risit de hac re?

<sup>4</sup> Gerhard von Vering, medicus campestris praetorii dirigens (*Dirigierender Stabs-Feld-Arzt*), consiliarius imperialis, indigena Hungariae, pater Iosephi de Vering medici practici Vindobonensis in Germaniâ atque Francogalliâ illustrissimi et a.1608 socher Stephani de Breuning.

illi semper confisus essem. Eidem medico nunc ferē omnino contigit, ut alvi profluvium vehemens impediret; qui mihi praecepit, ut sumerem balneum Danubii tepidum, cui a me semper infundenda esset laguncula rerum corroborantium, medicamentum mihi dedit prorsus nullum, dum quattuor ferē diebus ante pilulas ad stomachum, theam ad aurem sanandam, et his factis licet dicam me valere fortius et melius; exceptis auribus meis, quae pergunto fremere atque strepere die noctuque. Dico me vitam degere miseram, nam ex duobus ferē annis evito omnes hominum congregations, quia fieri non potest, ut hominibus dicam: ,Surdus sum'. Si essem cuiusvis disciplinae alius, hoc potius fieri posset, sed in meā disciplinā hic status est terribilis; finge mei adversarii, quorum numerus non est parvus, quidnam dicerent de re istâ ! - Ut scias quanta sit ista mira mea surditas, tibi dico mihi in theatro versanti proximē ad orchestram esse acclinandum, ut verba histrionum intellegerem. Tonos instrumentorum altos, voces cantantium, si sum aliquatenus remotus, non audio; in colloquiis miror esse quosdam homines, qui numquam istud animadverterint<sup>5</sup>; cum plerumque sint res, quae animum avocant, causam ex iis derivant. Interdum quoque hominem submissē loquentem vix audio, tonos eius quidem, sed non verba; attamen ut primum quis clamat, hoc omnino non patior. Quid nunc sit eventurum, hoc scit Deus. Veringius dicit certē fore, ut valetudo mea fiat melior, etsi non redintegretur. Saepe iam - - vitam meam exsecratus sum; Plutarchus autem me duxit ad resignationem<sup>6</sup>. Volo quidem, si fieri poterit, fato meo resistere, quamquam erunt vitae meae momenta, quibus ero animal Dei omnium miserrimum. Te precor, ne quid ulli de hōc statu mei dicas, ne Lorulae<sup>7</sup> quidem, hanc rem tibi non mando nisi secretam; gratum mihi feceris, si de eādem cum Veringio habueris commercium epistularum. Si status meus

<sup>5</sup> Ries quoque duabus annis prioribus nondum animadvertisit Beethovenum esse surdastrum (Wegeler).

<sup>6</sup> orig. „Plutarch hat mich zu der Resignation geführt.“ cfr Λάθε βιώσας PLUTARCHUS, De latenter vivendo (Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας;). In hōc opusculo Plutarchus pertractat praeceptum Epicuri (cfr OVIDIUS, Tristia 3,4,24 Bene vixit qui bene latuit). De usu verbi resignationis cfr Albert Sleumer, Kirchenlateinisches Wörterbuch, Limburg an der Lahn 1926, p.671: „resignatio, -onis f. Entsaugung. - resigno 1 ...3. verzichten, entsagen, resignieren.“ – cfr HORATIUS, carm.3,29,54 si (Fortuna) celeris quatit pennas, resigno quae dedit id. Epist.1,7,34 hac ego si compellor imagine, cuncta resigno.

<sup>7</sup> Eleonore von Breuning, uxor Wegeleri.

permanebit talis qualis est, proximo vere futuro veniam ad te; tu in aliquâ regione amoenâ mihi conduces villam rusticam, et ego ero per annum dimidium rusticus. Fortasse hôc modo valetudo mea mutabitur. Resignationem! O refugium quam miserum, at mihi nihil restat nisi hoc. Nonne ignoscis mihi, quod, quo sis in statu sat tristi, tibi hanc quoque impono curam amicitiae causâ? Stephanus<sup>8</sup> Breuning nunc hîc versatur et cottidie ferê unâ sumus: quantum me iuvat ea quae olim sensi renovare. Ille reverâ factus est puer bonus, magnificus, haud ignarus, et, ut nos omnes plus minusve, sincerus atque pulchrê cordatus homo<sup>9</sup>. Habeo nunc habitaculum perpulchrum, quod spectat ad castellum et ad valetudinem meam conductit ratione duplici. Puto quidem me efficere posse, ut Breuningius veniat ad me. Antiochum<sup>10</sup> tuum accipias necnon sanê multa musicalia a me composita, si alioquin putas haec tibi nimis multo constare. Sincerê dicam me valdê delectari amore tuo artis. Scribas, quomodo hoc fieri possit, deinde tibi mittam omnia opera mea, quorum nunc quidem est numerus bellus, qui augetur cottidie. - Pro imagine avi mei, quam rogo, ut quam citissimê mihi mittas curru cursuali, equidem tibi mittam imaginem, quâ exhibetur illius nepos, Beethovenius tuus tibi semper sincerê atque medullitus deditus, et quae êditur hîc in tabernâ Artariâ, cuius venditores, sicut multi quoque alii artificiorum mercatores, saepe me rogaverunt de tali imagine faciendâ. - Stoffelnio<sup>11</sup> mox scribam paululoque eum vellicabo, quod tam morosus est. - Eum inclamabo monens veteris amicitiae, ut sanctê mihi promittat se vos in circumstantiis sat tristibus versantes non etiam esse laesurum. Lorulae quoque bonae scribam. Ne ullum umquam vestri, qui mihi sitis tam cari bonique, oblîtus sum, quamquam nihil vobis scripsi: at scribendo, ut scis, numquam delectabar; optimi quoque amici per annos non acceperunt epistulam a me scriptam. In notis tantum componendis vivo, et unâ melodiâ vix compositâ alteram iam inchoo. Ut nunc scribo, saepe tres, quattuor res simul compono. - Scribe mihi

<sup>8</sup> orig. Steffen.

<sup>9</sup> orig. Er ist wirklich ein guter, herrlicher Junge geworden, der was weiß, und das Herz, wie wir alle mehr oder weniger, auf dem rechten Fleck hat. cfr SEN.apoc.12 pulchrê cordatus homo.

<sup>10</sup> Antiochum filium Seleuci pinxit Heinrich Friedrich Füger (1751-1818), director Academiae pictorum Vindobonensis. In picturâ Fügerianâ Erasistratus medicus illustris cognoscit Antiochum in amorem incidisse Stratonicae novercae sua (de hac re narrant Plutarchus, Demetrius 38 et Appianus, Syriake 59-61).

<sup>11</sup> Christoph von Breuning, qui postea factus est consiliarius revisionis secretus Berolinensis.

nunc saepius; curabo, ut tempus inveniam tibi aliquando scribendi. Saluta a me omnes, etiam bonam Dominam Consiliariam aulicam<sup>12</sup> et dic ei me adhuc interdum *habere raptum*. Quod attinet ad K., haud miror de huius mulieris mutatione. Felicitas enim cum sit tam rotunda quam sphaera, non semper cadit ad homines maximē ingenuos optimosque.- Propter Riesium, quem velim medullitus a me salutes, verbum addam: quod pertinet ad filium eius, fusius tibi scribam, quamquam puto homini fortunam sibi quaerenti Lutetiam esse aptiorem quam Vindobonam; Vindobona enim cum hominibus superabundet, vel meritissimi aegrē id assequuntur, ut permaneant. Usque ad autumnum aut hiemem videbo, quomodo eius rem fovere possim, quia deinde omnes recurrent in urbem. - Bene vale, mi bone et fidelis Wegeler ! Utinam pro certo habeas amorem et amicitiam

tui

Beethovenii.«



**Donatas Banionis histrio Lituanus personam gerens Beethovenii surdastri**

---

<sup>12</sup> Mater Breuningii.

*(Altera pars sequetur)*

**LITTERAS QUIBUS**

**LUDOVICUS DE BEETHOVEN**

**SCRIBIT DE SURDITATE SUA**

**IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT**

**NICOLAUS GROSS**



**LEO LATINUS**

## IN COLUMBIA PACEM ESSE INCERTAM

Die Dominica secunda mensis Octobris cives Columbiani plebiscitu pactum cum Factione Rebelli FARC, quod Praeses Reipublicae proposuerat, reprobarunt; pactum vero de his rebus tractabat: de lege agraria, quae pauperibus agricolis favere deberet; deque participatione politica, ita ut in parlamento rebelles interessent; deque fine belli deque armis depositione; ne commercium fieret drogarum illicitarum; denique de civilibus ob bellum vexatis sive victimis (sensu hodierno) ita, ut qui bello erant amissi, omnimodis quamvis defuncti recuperarentur et pateret, quales hae res revera essent; nunc vero quoniam pactum non est ratihabitum, denuo sermones erunt inter Factionem FARC et Gubernium Columbianum et eos, qui pacto adversati erant velut *Alvarus (hisp. Alvaro) Uribe*, Praeses antecedens, eo consilio, ut una convenient et novum pactum sanciatur aut id reformatum quod plerique cives reprobaverunt.

Praeses Reipublicae *Iohannis Emmanuelis (Juan Manuel) Santos*, qui pacis spem in hoc pacto posuerat, nuntiavit se pro pace magnopere acturum ordinemque publicum servaturum esse; postea tamen dixit usque ad pridie Kalendas Novembres (diem 31 mensis Octobris) sermones de pace habitum iri.

Quid postea?

Periculum est, ne rebelles in silvas denuo revertant bellumque gerere pergent. Quid de re censeat *Rudericus (Rodrigo) Londoño*<sup>1</sup>, dux Factionis FACR, nescimus; sed tempus omnes monet, ut res acceleretur; nuper Praeses *Iohannes Emmanuel Santos* Praemio Nobeliano “Pacis” honestatus est, quod praemium quidam putant etiam Ruderico Londoño fuisse tribuendum, qui sermones de pace una cum Praeside Reipublicae iam diu egerat. Idcirco pax nondum est omnino firma.

Praeses antecedens *Alvarus Uribe Iohanni Emmanueli Santos* aperte gratulatus est, quod Praemium Nobelianum accepit. Utinam id Praemium vigeat, utinam ne post Kalendas Novembres caret sensu.

---

<sup>1</sup> Sonat *Londogno* modo Italico.

**SYMBOLAM**

**C.T.**

**IN COLUMBIA PACEM ESSE INCERTAM**

**SCRIPSIT**

**PAULUS KANGISER  
IACOBOPOLITANUS**

## VOCABULA RERUM ACCESSORIARUM (III)

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê redditâ

CORBEIL,Jean-Claude/ARCHAMBAULT,Ariane: PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem earum decimam, quae spectat ad res accessorias. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I.ASTRONOMIA – II. TERRA – III.REGNUM PLANTARUM – IV.REGNUM ANIMALIUM – V.HOMO – VI.NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.DOMESTICA – VIII.AUTURGIA ET HORTICULTURA – IX.VESTIMENTA – X.RES ACCESSORIAE PERSONALES – XI.ARS ET ARCHITECTURA – XII.COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.TRANSPORTUS ET VEHICULA – XIV.ENERGIA – XV.SCIENTIAE – XVI.ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe per facile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas partem rerum accessoriarum tertiam vocabulis Latinis ditificatam. Faveas, quaeso, operi nostro laborioso.

Nicolaus Groß

**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.com/>

<b>p.386 Lederwaren</b>	leather goods	articles de maroquinerie	artículos de marroquinería	articoli di pelletteria	<b>mercēs coriāceae</b>
<b>Aktenkoffer</b>	attaché case	mallette porte-documents	maletín	ventiquattrore	<b>vidulus *documentārius</b>
<b>Schnapp-schloss</b>	clasp	fermoir	broche	chiusura	<b>clūsūra *proiectilis</b>
<b>Ziehharmonika-fach</b>	expandable file pouch	classeur à soufflets	clasificador de fuelle	scomparto portadocumenti	<b>loculus documentōrum</b>
<b>Stifthalter</b>	pen holder	porte-stylo	portaplumas	portapenne	<b>tenāculum stilōrum</b>
<b>Rahmen</b>	frame	cadre	bastidor	telaio	<b>margō, marginis m./f.</b>
<b>Zahlenschloss</b>	combination lock	serrure à combinaison	cerradura de combinación	serratura a combinazione	<b>claustrum combīnatiōnis</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Futter</b>	lining	doublure	forro	fodera	<b>subsūmentum, -ī n.</b>
<b>Scharnier</b>	hinge	charnière	bisagra	reggicoperchio	<b>verticula, -ae f.</b>
<b>Tasche</b>	pocket	pochette	bolsillo	tasca	<b>sacculus, -ī m.</b>
<b>Einteilung</b>	divider	séparation-classeur	separador	pannello divisorio	<b>*sēparāculum, -ī n.</b>
<b>Kollegmappe mit Griff</b>	bottom-fold document case	porte-documents à soufflet	cartera de fondo plegable	portacarte a soffietto	<b>*chartophylacium fundī plicātilis</b> [3. PLIN.nat.10,86]
<b>ausziehbarer Griff</b>	retractable handle	poignée rentrante	asa extensible	manico a scomparsa	<b>manubrium retractile</b> [2. Nova acta physico-medicae academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae,Bonnae 1821, tomi decimi pars secunda, p.351: "Animal sesquipollicare. Corpus vermiciforme, diaphanum, rubescens. Pars anterior proboscidalis, punctulis nigris conspersa, ut videtur aspera, <b>retractilis</b> (ut chirotheca inversa) et exsertilis, ore apicali".]
<b>Außentasche</b>	exterior pocket	poche extérieure	bolsillo delantero	tasca esterna	<b>sacculus exterior</b>
<b>Aktentasche</b>	briefcase	serviette	cartera	borsa a soffietto	<b>*chartophylacium, -ii n.</b>
<b>Keil</b>	gusset	soufflet	fuelle	soffietto	<b>cuneus, -ī m.</b>
<b>Lasche</b>	tab	patte	lengüeta	linguetta	<b>lacinia, -ae f.</b> [Scheller, Lateinisch-deutsches und deutsch-lateinisches Handlexicon, 2.Aufl., 2. Theil, Leipzig 1812, Bd.2, p.458, s.v.]
<b>Schlüssel-schloss</b>	key lock	serrure à clé	cerradura	serratura a chiave	<b>clūsūra +clāviāria</b>
<b>Etui für Taschen-rechner und Scheckheft</b>	calculator/cheque book holder	portefeuille chéquier	chequera con calculadora	portasegni/ porta calcolatrice	<b>*foliothēca *calculābulī et libellī assīgnatiōnum</b> [1. He. 139, s.v. Brieftasche: Ei.84,21]
<b>Druck-verschluss</b>	snap fastener	grébiche	broche automática	chiusura metallica a pressione	<b>clūsūra pressōria</b> [2. COLUM.12,18,4]

<b>Kreditkarten-fach</b>	credit card wallet	porte-cartes	tarjetero	scomparto per carte di credito	<b>loculus chartārum crēditōriārum</b>
<b>Stifthalter</b>	pen-holder	porte-stylo	porta-plumas	porta-penne	<b>tenāculum stilōrum</b> [TER.MAUR. praef.29]
<b>Scheckheft</b>	cheque-book	chéquier	talonario de cheques	libretto degli assegni	<b>libellus assīgnatiōnum</b>
<b>Unterfach</b>	hidden pocket	poche secrète	bolsillo secreto	tasca nascosta	<b>loculus sēcrētus</b>
<b>Taschen-rechner</b>	calculator	calculette	calculadora	calculatrice	<b>*calculābulum (portābile)</b> [cfr excipiabulum, vena-bulum, tintinnabulum, pulsabulum, quassabulum, vectabulum, suscitabulum, ignitabulum eqs]
<b>Kreditkarten-etui</b>	credit card wallet	porte-cartes	tarjetero	portafoglio per carte di credito	<b>*foliothēca chartārum *crēditōriārum</b>
<b>Geldschein-fach</b>	wallet section	poche américaine	billetera	scomparto per banconote	<b>loculus *schedinummōrum</b> [2. He.229 s.v. Geld-schein: Mir 70,115]
<b>Klarsicht-hüllen</b>	transparent pockets	feuillets	plásticos transparentes	bustine trasparenti	<b>tegumenta pellūcida</b>
<b>Lasche</b>	tab	patte	lengüeta	linguetta	<b>lacinia, -ae f.</b> [Scheller, Lateinisch-deutsches und deutsch-lateinisches Handlexicon, 2.Aufl., 2. Theil, Leipzig 1812, Bd.2, p.458, s.v.]
<b>Klarsicht-fenster</b>	window	volet transparent	plástico transparente	riquadro	<b>fenestella, -ae f.</b>
<b>Fach</b>	slot	fente	ranura	fessura	<b>loculus, -īm.</b>
<b>p.387 Brieftasche</b>	wallet	portefeuille	billetero	portafoglio	<b>*foliothēca, -ae f.</b> [1. He. 139, s.v. Brieftasche: Ei.84,21]
<b>Geldbeutel für Münzen</b>	coin purse	porte-monnaie	portamonedas	portamonete	<b>marsuppium, -īī n.; crumīna, -ae f.</b>
<b>Schlüsseletui</b>	key case	porte-clés	llavero	portachiavi	<b>*clīdothēca, -ae f. ; thēca clāvium</b>
<b>Geldbeutel</b>	purse	bourse à monnaie	monedero	borsellino	<b>marsuppium, -īī n.; crumīna, -ae f.</b>
<b>Brieftasche für Pass</b>	passport case	porte-passport	porta pasaportes	portapassaporto	<b>*syngraphothēca, -ae f.</b>
<b>Brieftasche für Geldscheine</b>	wallet	porte-coupures	billetera	portafoglio	<b>thēca *schedinummōrum</b>
<b>Schreibmappe</b>	writing case	écratoire	agenda	portablocchi	<b>thōca scriptōria</b>
<b>Scheckhülle</b>	cheque book cover	porte-chéquier	talonario de cheques	portassegni	<b>integumentum libelliū assīgnatōriī</b>
<b>Brillenetui</b>	spectacles case	étui à lunettes	funda de gafas	astuccio per occhiali	<b>thēca perspicillī</b>
<b>Unterarm-mappe</b>	underarm briefcase	porte-documents plat	cartera portadocumentos	busta portadocumenti	<b>thēca *subbrachiālis</b> [cfr t.t. med.: nucleus subbrachialis]
<b>Handtaschen</b>	handbags	sacs à mains	bolsos	borse	<b>pēruleae manuāiae</b>

<b>Beuteltasche</b>	drawstring bag	sac seau	bolso tipo cubo	secchiello con cordoncino	<b>saccipērium fūniculātum</b> [2. zool. Oppomorus funiculatus ]
<b>Öse</b>	eyelet	œillet	ojal	occhiello	<b>ānsa</b> , a-e f.
<b>Zugschnur</b>	drawstring	lacet de serrage	cordón	cordoncino di chiusura	<b>fūniculus tractilis</b>
<b>Vortasche</b>	front pocket	poche frontale	bolsillo exterior	tasca frontale	<b>sacculus frontālis</b>
<b>Aktentasche</b>	satchel bag	sac cartable	bolso clásico	cartella	* <b>chartophylacium</b> , -ī n.
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium</b> , -ī n.
<b>Überschlag</b>	flap	rabat	ala	aletta	<b>lacinia</b> , -ae f. ; <b>revīmentum</b> , -ī n. [cfr FRONTO Laud. fumi p.211,21 N.: pars vestimenti]
<b>Schnapp-verschluss</b>	clasp	fermoir	broche	chiusura	<b>clūsūra *proiectilis</b>
<b>Schloss</b>	lock	serrure	cerradura	serratura	<b>clūsūra</b> , -ae f.
<b>p.388 Boxtasche</b>	box bag	sac boîte	bolso de vestir	borsa a telaio rigido	<b>pēra *capsācea</b>
<b>kleine Beuteltasche</b>	small drawstring bag	balluchon	bolso saco	secchiello piccolo con cordoncino	<b>parvum saccipērium *fūniculātum</b>
<b>Schultertasche</b>	shoulder bag	sac à bandoulière	bolso de bandolera	borsa a tracolla	<b>pēra umerālis</b>
<b>Schnalle</b>	buckle	boucle	hebillia	fibbia	<b>fibula</b> , -ae f.
<b>Schulter-riemen</b>	shoulder strap	bandoulière	bandolera	tracolla	<b>lōrum umerāle</b>
<b>Mufftasche</b>	muff	manchon	bolso manguito	borsa a manicotto	<b>pēra manicāta</b>
<b>Umhänge-tasche mit Reiß-verschluss</b>	shoulder bag with zip	sac besace	morral	sacca a tracolla	<b>pēra umerālis clūsūra tractili īstrūcta</b>
<b>Umhänge-tasche mit Dehnfalte</b>	accordion bag	sac accordéon	bolso de fuelle	borsa da postino	<b>pēra folleāta</b> [2. ISID.19,34,13]
<b>Keil</b>	gusset	soufflet	fuelle	soffietto	<b>folliculus</b> , -ī m.
<b>Einkaufs-tasche</b>	tote bag	sac fourre-tout	bolsa de lona	sporta	<b>sporta</b> , -ae f. [CATO agr.11,4]
<b>Herrentasche</b>	men's bag	pochette d'homme	bolso de hombre	borsello	<b>pērula virilis</b>
<b>Matchbeutel</b>	duffle bag	sac marin	saco de marinero	sacca da marinaio	<b>saccus nauticus</b>
<b>geräumige Tasche</b>	holdall	sac polochon	bolso de viaje	borsone da viaggio	<b>pēra capāx</b>
<b>Einkaufs-tasche</b>	shopping bag	sac à provisions	bolso de la compra	borsa della spesa	<b>pēra *ēmptōria</b> [2. cfr <a href="http://lb.ics.cas.cz/">http://lb.ics.cas.cz/</a> emptorius 1]
<b>Große Einkaufs-tasche</b>	shopping bag	cabas	capazo	borsa della spesa	<b>pēra *ēmptōria maior</b> [2. cfr <a href="http://lb.ics.cas.cz/">http://lb.ics.cas.cz/</a> emptorius 1]
<b>Gepäck</b>	luggage	bagages	equipaje	bagagli	<b>sarcinæ</b> , -ārum f.pl. <b>vāsa</b> , -ōrum n.pl.
<b>Kulturgepäck</b>	toilet bag	trousse de toilette	neceser	trousse	<b>pērula mundātōria</b>
<b>Reisetasche</b>	travel bag	bagage à main	bolso de viaje	borsa da viaggio	<b>pēra itinerāria</b>
<b>Außentasche</b>	exterior pocket	poche extérieure	bolsillo exterior	tasca esterna	<b>pēra exterior</b>

<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Schulter-riemen</b>	shoulder strap	bandoulière	bandolera	tracolla	<b>lōrum umerāle</b>
<b>Flugtasche</b>	flight bag	sac fourre-tout	maletín	bagaglio a mano	<b>pēra volātica</b>
<b>p.389 Kleidersack</b>	suit carrier	housse à vêtements	portatrajés	portabiti	<b>saccus vestimentōrum</b>
<b>Reiß-verschluss</b>	zip	fermeture à glissière	cremallera	cerniera lampo	<b>clūsūra tractilis</b>
<b>Koffer</b>	suitcase	valise pullman	maleta clásica	valigia	<b>vidulus, -ī m.; riscus, -ī m.</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Zugriemen</b>	pull strap	dragonne	correa	maniglia di traino	<b>lorum tractile</b>
<b>Rolle</b>	wheel	roulette	ruedecilla	ruota	<b>rota, -ae f.</b>
<b>Gepäck-anhänger</b>	identity tag	porte-adresse	etiqueta de identificación	etichetta portaindirizzo	<b>nota identitatis</b>
<b>Blende</b>	trim	garniture	guarnición	bordo di rifinitura	<b>tegimentum, -ī n.</b>
<b>Kosmetik-koffer</b>	vanity case	mallette de toilette	neceser	beauty-case	<b>vīdulus cosmēticus</b>
<b>Spiegel</b>	mirror	miroir	espejo	specchio	<b>speculum, -ī n.</b>
<b>Scharnier</b>	hinge	charnière	bisagra	regicoperchio	<b>verticula, -ae f.</b>
<b>Kosmetik-einsatz</b>	cosmetic tray	plateau	bandeja para cosméticos	portatrucchi	<b>loculāmentum cosmēticum</b>
<b>Wochenend-koffer</b>	weekend case	valise fin de semaine	maleta de fin de semana	quarantottore	<b>vīdulus fīnis septimānae</b>
<b>Innentasche</b>	interior pocket	poche intérieure	bolso interior	tasca interna	<b>sacculus interior</b>
<b>Trennklappe</b>	divider	panneau de séparation	panel de separación	pannello divisorio	<b>*sēparāculum, -ī n.</b>
<b>Packriemen</b>	retaining strap	sangle serre-vêtements	correa de retención	elastico ferma abiti	<b>lōrum retentōrium</b>
<b>Schloss</b>	lock	serrure	cerradura	serratura	<b>clūsūra, -ae f.</b>
<b>Schale</b>	shell	coque	tapa	guscio	<b>testa, -ae f.</b>
<b>Gepäckroller</b>	luggage trolley	porte-bagages	carrito portamaletas	carrello portabagagli	<b>carrulus baiulātōrius</b> [1. ULP.dig.17,2,52,§15; 2.CAEL.AUR.acut.1,11,8]
<b>Rahmen</b>	frame	armature	armazón	telaio	<b>quadrum, -ī n.</b> [cfr He.443 s.v. Rahmen <des Fahrzeugs> (SL 51,13)]
<b>Gepäckschnur</b>	luggage elastic	sangle élastique	correa elástico	legabagagli elastico	<b>fūnis sarcinārius</b>
<b>Ständer</b>	stand	béquille	soporte	base	<b>statūmen, -inis n.</b>
<b>Überseekoffer</b>	trunk	malle	baúl	baule	<b>vīdulus, -ī m.</b>
<b>Überfall-schloss</b>	hasp	moraillon	aldabilla	chiusura a ochiello	<b>clūsūra *ocellāta</b>
<b>Riegel</b>	latch	crampon de fermeture	abrazadera	gancio di chiusura	<b>repāgulum, -ī n.; sera, -ae f.</b>
<b>Eckstück</b>	cornerpiece	cantonnière	contera	angolare	<b>pars angulāris</b>
<b>Einsatz</b>	tray	plateau	bandeja	vassoio	<b>loculāmentum, -ī n.</b>
<b>Griff</b>	handle	poignée	asa	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Schutzkante</b>	reinforced edging	ferrure	herraje	bandella di rinforzo	<b>margō tūtōrius</b>
<b>p.390 Raucherbedarf</b>	smoking accessories	articles de fumeur	artículos de fumador	accessori de fumatori	<b>rēs accessōriae fūmandī</b>

<b>Pfeife</b>	pipe	pipe	pipa	pipa	+ <b>pīpa</b> , -ae f. [DuCange] <b>*fūmisūgium</b> , -ī n. [Georges 1839]
<b>Pfeifenkopf</b>	bowl	talon	cazoleta	fornello	+ <b>furnellus</b> , -ī m. [http://ducange.enc.sorbonne.fr/FURNELLUS]
<b>Pfeifenstummel</b>	stummel	tête	barba	testa	<b>truncus</b> , -ī m.
<b>Pfeifmundstück</b>	stem	tuyau	cañón	bocchino	* <b>sūgibulum</b> , -ī n. [He.383 s.v. Mundstück <der Pfeife> (Kr.1843)]
<b>Biss</b>	bit	lentille	boquilla	dente	<b>lenticula</b> * <b>morsilis</b> [Mai Class. Auct. VIII. 362 Morsatilis ad mordendum habilis, quod et <i>morsilis</i> dicitur. p.338. Mordeo inde hic morsus, us et hic morsellus, li, et hic et haec <i>morsilis</i> .]
<b>Holm</b>	shank	tige	caña	cannuccia	<b>crūs</b> , crūris n.
<b>Pfeifenbesteck</b>	pipe tools	bourre-pipe	accesorios para la pipa	curapipe	<b>instrūmenta</b> <b>*fūmisūgiī</b>
<b>Auskratzer</b>	scoop	curette	raspador	cucchiaino	<b>rāstellus</b> * <b>fūmisūgiī</b> [1. VARRO ling.5,136]
<b>Dorn</b>	pick	pointe	palillo	stilo	<b>spīna</b> , -ae f.
<b>Stopfer</b>	tamper	bourre-pipe	pisón	premitabacco	<b>pistillum</b> , -ī n.
<b>Pfeifenputzer</b>	pipe cleaners	nettoie-pipes	escobillas	scovolini	<b>pēnicillus</b> <b>*fūmisūgorum</b>
<b>Pfeife im Querschnitt</b>	cross section of a pipe	coupe d'une pipe	corte transversal de una pipa	sezione di una pipa	<b>sectūra</b> * <b>fūmisūgiī</b> <b>trānsversālis</b>
<b>Tabakkammer</b>	tobacco hole	fourneau	hornillo	cavo per la combustione del tabacco	<b>fornācula</b> * <b>tabācāria</b>
<b>Zapfenloch</b>	mortise	mortaise	tiro	mortasa	<b>ōrificium axiculae</b> [Dictionarium von dreyen Sprachen: Teutsch / Lateinisch und Böhmisch: Prag 1722, p.248 zapf m., langer Zapf axicula. – zapfenloch n. orificium axiculae]
<b>Filter</b>	filter	système filtre	filtro	filtro	<b>cōlum</b> , -ī n.
<b>Zapfen</b>	peg	tenon	espiga	perno	<b>axicula</b> , -ae f.
<b>Luftloch</b>	air hole	trou de l'embout	tiraje	foro per l'aria	<b>forāmen āeris</b>
<b>Tabaksbeutel</b>	tobacco pouch	blague à tabac	tabaquera	borsa del tabacco	<b>bursa</b> * <b>tabācī</b>
<b>Pfeifenständler</b>	pipe rack	porte-pipes	porta-pipas	portapipe	<b>statūmen</b> * <b>fūmisūgiī</b>
<b>Zigarette</b>	cigar	cigare	puro	sigaro	* <b>sigarum</b> , -ī n.
<b>Spitze</b>	head	tête	cabeza	testa	<b>caput</b> , -itis n. <b>*sigarī</b>
<b>Mittelstück</b>	bunch	corps	cuero	corpo	<b>corpus</b> , -oris n.
<b>Endstück</b>	tuck	pie	punta	piede	<b>pēs</b> , pedis m.
<b>Banderole</b>	cigar band	baguette	vitola	fascetta del sigaro	<b>fasciola</b> <b>sigarī</b>
<b>Deckblatt</b>	wrapper	cape	capa	fascia	<b>involūcrum</b> <b>sigarī</b>

<b>Tabak</b>	tobacco	tabac	tabaco	tabacco	* <b>tabācum</b> , -ī n.
<b>Einlage</b>	filler	tripe	tripa	ripieno	<b>fartus</b> , -ūs m. <b>sigarī</b>
<b>Zigarren-schneider</b>	cigar cutter	coupe-cigare	cortapuros	tagliasigari	* <b>sectrum</b> * <b>sigarōrum</b>
<b>Klinge</b>	blade	lame	cuchilla	lama	<b>lāmina</b> , -ae f.
<b>Ring</b>	ring handle	anneau	anillo	impugnatura a anello	<b>ānulus</b> , -ī m.
<b>Zigarette</b>	cigarette	cigarette	cigarrillo	sigaretta	* <b>sigarellum</b> , -ī n. [Gr. VL 79,173]
<b>Filterspitze</b>	filter tip	bout-filtre	filtro	filtro	<b>cōlum</b> , -ī n.
<b>Naht</b>	seam	couture	costura	giuntura	<b>sūtūra</b> , -ae f.
<b>Papier</b>	paper	papier	papel	carta	<b>charta</b> * <b>tabācina</b> [He.634, s.v. Zigaretten-papier; Fr. 60,22]
<b>Tabak</b>	tobacco	tabac	tabaco	tabacco	* <b>tabācum</b> , -ī n.
<b>Zigaretten-schachtel</b>	cigarette packet	paquet de cigarettes	paquete de cigarrillos	pacchetto di sigarette	<b>capsula</b> sive * <b>scatula</b> * <b>sigarellōrum</b> [1. cfr Christoph von Hellwig, Leipzig 1715, Grund- und Lehr-Sätze der ganzen edlen Medicin, p.301: „scatula, Schachtel“. - cfr Eduard Dittmann, Die Rezeptir-Kunst nach preussischen Medizinal-Gesetzen..., p.21: „scatula = Schachtel“]
<b>Steuermanke</b>	stamp	timbre	timbre	bollo del monopolio	<b>nota vectīgālum</b>
<b>Aufreißband</b>	tear tape	bandelette d'arrachage	tira para rasgar la envoltura	linguetta a strappo	<b>taeniola</b> * <b>exscissōria</b> [2. cfr Johannes Franciscus Löw ab Erlsfeld, Universa medicina practica juxta veterum et recentiorum mentem reformata et ..., Norimbergae 1724, p.990: “forfex excissoria, seu volsella”]
<b>Markenname</b>	trade name	marque déposée	marca registrada	marca	<b>nōmen commerciāle</b> [cfr He.258, s.v. Handels-marke: nota commercialis: VL 79,56]
<b>Zigaretten-papier</b>	cigarette papers	papier à cigarettes	papel de fumar	cartine per sigarette	<b>charta</b> * <b>tabācina</b> [He.634, s.v. Zigaretten-papier: Fr. 60,22]
<b>Stange</b>	carton	cartouche	cartón de cigarrillos	stecca	<b>columella</b> * <b>sigarellōrum</b>
<b>p.391 Gasfeuerzeug</b>	gas lighter	briquet à gaz	encendedor	accendino a gas	<b>ignitābulum</b> * <b>gāsicum</b>
<b>Abdeckkappe</b>	cover	couvercle	tapa	coperchio	<b>operculum</b> , -ī n.
<b>Zahnrädcchen</b>	striker wheel	molette	ruedecilla de la piedra	rotella della pietrina	<b>rotula dentāta</b>

<b>Flammen-regulierung</b>	flame adjustment wheel	molette de réglage de la flamme	ajuste della llama	regolatore della flamma	<b>*rēgulāmentum flammae</b>
<b>Butangastank</b>	gas tank	réservoir	depósito de gas	serbatoio del gas	<b>conceptāculum *gāsī</b>
<b>Streichholz-Heftchen</b>	book of matches	pochette d'allumettes	carterita de cerillas	bustina di fiammiferi	<b>fasciculus rāmentōrum flammiferōrum</b>
<b>Deckel</b>	cover	grand rabat	tapa	copertina	<b>operculum, -ī n.</b>
<b>Kopf</b>	head	tête	cabeza	capocchia	<b>capitulum, -ī n.</b>
<b>Streichholz</b>	matchstick	tige	cerilla	fiammifero minerva	<b>rāmentum flammiferum</b>
<b>Vorderfläche</b>	front flap	petit rabat	solapa	aletta frontale	<b>āreola frontālis</b>
<b>Rücken</b>	back	dos	respaldo	dorso	<b>āreola dorsālis</b>
<b>Reibefläche</b>	friction strip	frottoir	frotador de fósforo	striscia di sfregamento	<b>āreola frictōria</b>
<b>Streichholz-schachtel</b>	matchbox	boîte d'allumettes	caja de cerillas	scatola di fiammiferi	<b>*scatula rāmentōrum flammiferōrum</b>
<b>Aschenbecher</b>	ashtray	cendrier	cenicero	portacenere	<b>(vāsculum) cinerārium</b> [He.89 s.v. Aschenbecher: SL 33]
<b>Zigaretten-stummel, ~kippe</b>	butt	mégot	colilla	mozzicone	<b>ciccum, -ī n.</b> [He.634 s.v. Zigarettenstummel: Mir PL59,146]
<b>Asche</b>	ash	cendre	ceniza	cenere	<b>cinis, cineris m.</b>
<b>Schirm und Stock</b>	umbrella and stick	parapluie et canne	paraguas y bastones	ombrello e bastone	<b>umbrella et baculum</b>
<b>Spazierstock</b>	walking stick	canne	bastón	bastone da passeggio	<b>baculum ambulātile</b>
<b>Schirmständer</b>	umbrella stand	porte-parapluies	paragüero	portaombrelli	<b>statūmen umbrellārum</b>
<b>Taschen-schirm</b>	telescopic umbrella	parapluie télescopique	paraguas plegable	ombrello pieghevole	<b>umbrella *tēlescopica</b>
<b>Auslöseknopf</b>	push button	poussoir d'ouverture	botón de presión	pulsante	<b>*bōtō pressōrius</b>
<b>Futteral</b>	cover	fourreau	funda	fodero	<b>involūcrum, -ī n.</b>
<b>Stockschirm</b>	stick umbrella	parapluie-canne	paraguas de bastón	ombrello a bastone	<b>umbrella +baculāta</b> [cfr abbates baculati: quibus licet baculo episcopali uti]
<b>Stahlspitze</b>	ferrule	embout	contera	puntale	<b>apex chalybēius</b>
<b>Litze</b>	tie closure	courroie d'attache	cierre con broche	cinturino di chiusura	<b>fūniculus, -ī m.</b> [Ge.1882, col.269, s.v. Litze]
<b>Schulter-riemen</b>	shoulder strap	bandoulière	bandolera	tracolla	<b>lōrum umerāle</b>
<b>Schirm</b>	umbrella	parapluie	paraguas	ombrello	<b>umbrella, -ae f.</b>
<b>Gestell</b>	spreader	rayon	extensor	contostecca	<b>compāgēs, -is f.</b>
<b>Litze</b>	tie	attache	cierre	cinturino	<b>fūniculus, -ī m.</b> [Ge.1882, col.269, s.v. Litze]

<b>Bezugsstoff</b>	canopy	toile	tela impermeabile	copertura	<b>tēla *impermeābilis</b> [2. Abhandlungen der Churfürstlich-Baierischen Akademie der Wissenschaften, Band 7, p.127: "...d)...Latrunculi hujus rei incauti, putabant e. praedictam rupem cunctis mortalibus <i>impermeabilem</i> , solis avibus perviam fore, viso quo ex infernis et supernis urgerentur locis, desperatione corripuntur, fugamque moliuntur: sed fugae locus non erat..."]
<b>Schieber</b>	ring	coulant	anillo	collare	<b>ānulus collāris</b>
<b>Feder</b>	catch	ferret	resorte	fermo a molla	*elatēr, elatēris m. [He.198, s.v. Feder <mech.> *elatēr, elatēris m. (1686, Lath.65,183)]
<b>Griff</b>	handle	poignée	empuñadura	manico	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Unterstock</b>	stick	manche	bastón	fusto	<b>baculum, -ī n.</b>
<b>Spitze</b>	tip	embout de baleine	punta	copripunta	<b>apex costae</b>
<b>Stange</b>	rib	baleine	varilla	stecca	<b>costa, -ae f.</b>

**Haec vocabula rerum accessoriarum  
excerpsit et in Latinum convertit**

**Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

(Sequentur XII. VOCABULA ARTIS ET ARCHTECTURAE)

## ECHÙS VOCES

**Nicolaus Iohanni Carolo sal.pl.dic.**

Magnas gratias tibi ago pro responso prompto benevoloque. Non quidem puto Herculeas mihi esse vires, sed cum sciam ferrum esse cudendum, dum caleat, studeo Latinitati quam optimê et efficacissimê fovendae. Dum sunt, qui legant Epistulas meas Leoninas, libenter Latinê scribam. Rogo autem te, qui mihi videaris inter cultores linguae Latinae hodiernos quadamtenus esse corvum album, cum non solum scias sermone Romanorum uti disertissimê, sed etiam peritus sis architecturae, id est artis, quae complectitur vocabula specialia et antiqua et recentissima, ut me adiuves in notionibus nostrae aetatis convenienter Latinê reddendis. Ante nonnullos iam annos limasti nonnulla verba technica a me novata. Rogo te, ut pergas talia facere.

Certiorem me facis nonnulla verba a me proposita tibi aliquanto secedere videri ab illâ eleganti dictione, quam pro virili parte adipisci coneris. Bene intellego te olim a Carolo Egger oratore Ciceroniano excellentissimê institutum monere, ne quid detrimenti capiat puritas aureae Latinitatis. Ex alterâ parte sodalis noster Gaius Licoppe (quem de Latinitate vivâ optimê meritum esse nemo nostrum est, qui addubitet), me monet, ne obscurem rem verbo novando denominandam nimiâ subtilitate, ut puritati sermonis praeferam perspicuitatem. Itaque commendat nova verba, quae sunt “\*dzihadista, -ae m.” (dzhadist, a jihad, vox islamica) et “\*dronum, -i n.” (i.e. angl. “drone, unmanned aerial vehicle”).

Meâ quidem sententiâ aurea illa mediocritas est tenenda, quae est inter nimium puritatis et parum. Cavendum nobis est, ne aemulemur Theophilum Folengum carmina macaronica poetatum; at (si quidem non agitur de oratione sollemni habendâ, sed de notione nostrae aetatis quam subtilissimê denominandâ) haud minus nobis est cavendum, ne aemulemur Procrustam illum crudelissimum; curemus, ne nimo amore puritatis obsessi sermonem obscuremus (ne elongetur neve obtruncetur). Ciceronem utinam imitemur more Erasmi, non Nosoponi: Recordemur verba Arpinatis ipsius, quae sunt: “Novis rebus imponenda esse nova nomina”.

Quomodo iudicas de illis exemplis «\*dzihadistarum» et «dronorum»? Denique aliam quaestiunculam tibi proponam, quae spectat ad usum verbi non antiquâ aetate exorti, sed mediaevali. Agitur de re, quae italicê dicitur «avventura». Scilicet te novisse eius etymon necnon scire similia verba omnibus linguis romanicas (sive neolatinis) necnon linguae anglicae («adventure») inesse eaque derivata esse a verbo mediaevali “+adventura, -ae f.” Philologi aureae Latinitatis zelatores hanc notiōnē Latinê denominantes vocem mediaevalem respuentes usi sunt verbo antiquo, quod est “periculum” (e.g. titulus fabulae Asterigis a Rubricastellano Latinê redditus est hōc modo: “Pericula Asterigis”). Estne “periculum” reverâ id quod est “+adventura”? Ex alterâ parte ex te quaero: Licetne omnes, qui multa subeunt pericula (e.g. miles vel vigil publicus sive astyphylax et siphonarius et servator naufragorum vel similes homines) appellare “+adventurarios”? Nonne nobis necessarium est verbum illud mediaevale adhibere, si quidem notiōnē exactê denominare volumus? In hac quoque re mihi subtilitas praestare videtur puritati sermonis.

De his atque aliis rebus, Iohannes Carole humanissime, scribas mihi queso quidquid tibi in buccam venerit. Utinam commercium epistularum nostrum feliciter exaugeatur. Pancraticê vale et perge mihi favere. Medullitus te salutat Nicolaus Leo Latinus.

**Marcus Cristini Nicolao Gross s.p.d.**

Care Nicolae,

*Epistulas* tuas *Leoninas* semper laeto animo lego, vocabula rariora modernave a te excogitata scitu sunt dignissima omnibus Latinitatis recentioris cultoribus. Lingua enim, quae novis verbis (atque disceptationibus de eis) quotannis non ornatur, re vera mortua est. Latina quoque interpretatio *Lupi Marini* incepturn laudabile est: librum Londonianum nec Anglice nec Italice umquam legi, itaque nunc fabula lepida Latinitate vestita libenter fruor.

Mense Augusto huius anni volavi ad Insulam Nivariam (sive Tenerifam), ut succulentas indigenas nonnullas viderem. Iter meum re vera pulcherrimum fuit, loca magnifica exploravi arboresque splendidas conspexi. Cum domum revertissem, mihi venit in mentem fortasse lectoribus lectricebusque *Epistularum Leoninarum* brevem itineris mei narrationem gratam fore, qua de causa symbolam scripsi, quam una cum hac epistula electronica tibi mitto. In insula photographemata permulta feci, si nonnullis uti vis, ea facile a programmate communi *Dropbox* per hunc nexum interretialeм (<https://www.dropbox.com/sh/aq23uowvqmdatyd/AABJuVZ-CLw28ci3ToMvbbebsa?dl=0>) extrahere potes. Si mavis, imagines tibi epistulis electronicis mittam.

Cura, ut valeas!

**Marcus Cristini**

**Nicolaus Marco sal.pl.dic.**

Care Marce,

summas gratias tibi ago pro itinerario tuo, quo insulam Nivariam et verbis et imaginibus *satis mundē atque graphicē depinxisti*, ut ait Gellius. Quod opusculum lepidum publicabo proximā in Epistulā Leoninā. Laetē animadverte te in deliciis habere non solum linguam Latinam, sed etiam disciplinam botanicam; decet te haec polymathia, qua nos Latinitatis vivae propugnatores egemus sitienter.

Valdē vehementerque laudo, quod affirmas linguam verbis novis carentem esse mortuam. Sequamur verba Ciceronis, qui dixit novis rebus nova nomina esse imponenda.

Ceterum gaudeo quod tibi placet versio mea Lupi marini. Cordi mihi sunt tales versiones, quibus demonstrare mihi in animo est modernae quoque aetatis litteras elegantiores aptē atque commodē converti posse in sermonem Latinum.

Haec hactenus, mox certē plura. Pancraticē vale et perge mihi favere.

Medullitus te salutat Nicolaus Groß Leo Latinus

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipue disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non éditur in domunculā Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicē »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeratas, quibus operam dedit illis creandas.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR .	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAЕ	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenma tt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptman n	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAЕ	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIMUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	--	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207	978-3-	OBSIDIO SAGUNTI A	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

	A	938905-28-9	T.LIVIO DESCRIPTA						
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,**

**USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
CENTESIMAM VICESIMAM**

**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**

**Die Iovis, 03. m. Nov., a.2016**

**Nicolaus Groß**

**LEO LATINUS**

**<http://www.leolatinus.de/>**